



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

21 Papa Leo se purgavit, licet Pontifex se purgare non teneatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

quatuor Dei Evangelia sacrosancta, quod
talem haeresim, exprimendo eam, de qua
sum diffamatus, nunquam tenui, nec
credi, nec docui, nec teneo, nec
credo, negabitque cum juramento il-
lud, de quo est diffamatus. Quo
facto, omnes compurgatores ponent
manum super illum librum Evangeliorum,
& quilibet ita dicet, ego juro super ista qua-
tuor Dei Evangelia, quod credo ipsum
verum jurasse ut per Pugnam in comm.

421. num. 182: par. 3. direct.

Secundò † Episcopi canonica purgatio-
ne purgantur, si sunt diffamati de quo-
cunque crimen, & non convicti, praestito
juramento super corpus alicujus sancti, ut
cap. h. 1. bet, cap. mennam, & cap. quanto, 2.
quest. 4. vel supra sancta Dei Evangelia,
adhibitis etiam expurgatoribus, de quibus
in capit. quoties frater, ead. quest. 4. Hodie
tamen Episcopi, licet convicti pro gravi-
bus delictis ad comparendum personaliter
citantur, processantur, & puniuntur,
ex dispositione Sacr. Conc. Trident. cap. 6.
de reformat. 13.

20 Tertio † sacerdotes cum septem sociis,
& diaconi cum tribus ejusdem ordinis, ju-
ramento in sacro sancto Evangelio coram
posito praestito, purgantur, cap. si legitima.
& cap. presbyter, ead. quest. 4. & ad præ-
scriptam formam, de qua in cap. omnibus
robis, circ. fin. ead. quest. 4.

21 Leo † enim Papa, de quibusdam crimi-
nibus diffamatus, se expurgando, ita ins-
quit, Auditum, est fratres charissimi, qua-
liter mali homines in me gravia crimina
confixerunt, quamobrem ego Leo Ponti-
fex Sanctae Romanae Ecclesiae, purifico me
in conspectu vestro coram Deo, & An-
gelis ejus: quia istas criminosas, & sceleratas

res, quas illi mihi obiciunt, nec perpetrav̄
nec perpetrare jussi: hoc autem faciens non
legem præscribo cœteris, qua id facere co-
gantur: Et, licet se purgaverit, non tamen
tenebatur; nec alijs Pontificibus id facien-
di legem impoluit, c. auditum. & c. manda-
sti ead. q. 4. Non enim tenetur Pontifex le
purgare, quia à nemine, nec etiam ab uni-
variali concilio potest judicari, præter-
quam in haeresi, gloss. penult. eod. cap.
mandasti, & cap: si Episcopo, in fin: ead.
quest. 4.

22 Regina † etiam Sophia fertur se purga-
re de stupro suo, & septem honestarum, ac
nobilium feminarum praestito juramen-
to, testatur Crome lib. 9. hist. Polon.

23 Purgatio, † quæ per venerabilis sacra-
menti Eucharistiae sumptionem in easu fusi-
ti, in monasterio commissi fuerat permis-
ta, ut fratres se ita expurgarent, quod
Missa ab Abbatore vel ab aliquo ex fratribus
in aliorum presentia celebrata, omnes in
haec verba communicarentur, Corpus
Domini sit tibi hodie ad probationem,
per text. in cap. sape contigit, ead. quest. 4.
est reprobata, & dicit. cap. sape, fuit deroga-
tum, quia suspectis non est danda Eu-
charistia, gloss. in eodem cap: sape. ubi et
jam Archid. 2. quest. 4.

24 Hanc autem † purgationem exegit Ad-
rianus Papa, cum enim Lotharius Re-
pactis cum Nicolao Pontifice initis non
stetisset, sed adulteram iterum in thalam
partem reduxisset, Romanum profectus pe-
tit à Papa Adriano absoluī, dicens, se pro-
missis Nicolao factis stetisse. Pontifex au-
tem pro comprobatione innocentiae ad
examinationem Corporis, & Sanguinis
Domini, tam Regem, quam optimates
Regni invitavit, qui nihil Deū veriti, Cor-
pus